

147
dicionem caponas eisdem sponte volentibus emere cum consilio pre-
dictorum et plus inde offerentibus concedi permittas. et quicquid
ex ipsarum secretiarum qualibet tibi promissum fuerit et oblatum,
statim magistris racionalibus etc. nobiscum morantibus debeas
intimare. Nos enim, quicquid de beneplacito nostro super huiusmo-
di locacione secretiarum processerit, statim tibi per patentes nostras
litteras rescribemus, significaturus nichilominus eisdem magistris
racionalibus, in quantum propter pacem predictam habitam inter
nos et comune Sanue secretie ipse ultra venditionem presentis
anni valere fuerint estimate, cautus existens, quod secretie ipse
minori precio, quam anno presenti fuerunt vendite, nullatenus
^{ven}
~~ven~~ dantur. Dat. Petralle ii augusti iiii indictionis. [1276].

Magistro Martino de S. I. de S. I.